



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Absolutio IIII. ab exco[m]municatione iuris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

34 ABSOLVTIO IIII.

Quando sit petendum iuramentum à pœnitente antequam absoluatur. vide confess. III. lit. I. & t. absol. I. t. I.

ABSOLVTIO IIII.

Ab excommunicatione iuris.

Ab excommunicatione incursa ob perditionem clerici, aliqui possunt absoluui ab Episcopo: scilicet. I. morti propinquus. II. mulier. III. Claudius, cæcus vel quoquis modo membris suis captus. IIII. Diurna aegritudine laborans. V. Qui ante pubertatem eam incurrit. VI. Qui iudicio Episcopi non potest Papam adire. VII. Adolescentes, cui iter pericolosum esset. VIII. Pauper ea viuēs arte, qua iter agendo non posset vti. IX. Cui ob inimicitias iter est pericolosum. X. Filius familias existens in potestate patris, qui non potest adire Papam sine præiudicio patris. XI. Seruus, nisi Dominus consentiat. Hi omnes, & quilibet alij iuste impediti possunt abiolui ab Episcopo præmissa satisfactione, ac iuramento, quod impedimento cessante se præsentabunt Papæ, cap. 27. num. 88. 89.

B Tempus autem intra quod quam citè
commode

commode possit se præsentare , relinquitur arbitrio boni viri in foro exteriori : in interiori autem, conscientiæ pœnitentis. Non tamen possunt isti absolui ab alio qui sit inferior Episcopo. num. 113. & 111.

XIII. Sed & præter illos qui ob percus-
sionem clerici possunt ab Episcopo absolui
iusto cum impedimento , possunt etiam ab
codem absolui percutientes clericum, quan-
do percussio est leuis. cap. 6. num. 8. & ca. 27.
num. 91.

Et quidem in præsenti non dicitur per-
cussio leuis , eo quod non sit mortalis , sed
quia in comparatione aliarum magis mor-
tiferarum, nec est grauis, nec est mediocris.
cap. 27. num. 91. Quæ autem sit leuis vel
mediocris percussio. vide tit. Percussio. A.

XIII I. Ianitor etiam vel eius minister, C
qui ut custodiat fores , vel cohibeat homi-
nes , manus infert Clericis ; absque inten-
tione lædendi , quamvis cum culpa; si tamē
percussio sit leuis, vel mediocris , potest ab-
solui ab Episcopo. cap. 27. num. 91.

ACCEP TIO PERSONARVM. Quā-
do peccat quis per huiusmodi acceptio-
nem, vide tit. Simonia. I. lit. Q.

Quomodo vendi possint officia publica,
vide tit. Officium.

C 2 ACCI